



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.30. Episcopatus Monasterienses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæculum IX. nediceret, eisque aspergeret, vel immer-
A. C. 804. geret. Cum hoc ritu octodecim bapti-
zasset, mortui sunt, exceptis duobus,
quibus exinde S. Ludgerus Sancto Chris-
mate Confirmationem contulit. Hic
notandum, quod Laicus mittatur ad ba-
ptizandum, & Baptismus conferatur per
aspersionem, cuius ritus ad hæc usque
tempora raro occurunt exempla. Ad
illud quoque attendo, quod hi infantes,
licet morituri, non nisi ex consensu Ma-
trum baptizentur. Persecutione post
unius anni spatium cessante, rediit cum
suis S. Ludgerus & Fidem, ut antea, præ-
dicavit. Sub idem tempus Monasterio
S. Salvatoris Verthinensi seu Verdensi,
Diœcesis Colonensis, in fundo mariti-
mo sui patrimonii fundato, Monachos
Benedictinos immisit, quibus ipse præ-
fuit. Id anno septingentesimo nonage-
simmo quinto factum creditur.

§. XXX.

Episcopatus Monasteriensis.

Saxonibus ad Fidem conversis, S. Lud-
gerus a Rege Carolo in quadam West-
phaliæ Regione, cuius locus præcipuus
Mimigerneford dicebatur, Pastor consti-
tutus, ibidem ædificavit Monasterium
Canonicorum, quod, sive Canonicci soli
fuerint, sive Monachis permixti, illi lo-
co nomen Münster peperit. Ex hoclo-

99

co S. Ludgerus improbo sed pio labore Sæculum IX.
erudiebat populos Saxonæ, Idololatriæ A. C. 804.
radices evellebat, extruebat Ecclesias,
& singulis Presbyterum ex numero Di-
scipulorum suorum dabat. Sæpe roga-
bat fratres, ut ex illa Congregatione
Præpositum deligerent, quem deinde pe-
terent sibi Episcopum ordinari, se ipsum
enim eo gradu credebat indignum;
cumque Hildebaldus Archiepiscopus Co-
loniensis instaret, ut se ipsum ordinari
pateretur, respondit illa Apostoli verba:
*Episcopum oportet esse Virum irrepre- I. Tim. 3. 2.
bensibilem*, cui Hildebaldus cum gemitu
repositus: *Hujus Regulæ rationem non
babuerunt, qui me ordinarunt.* Tandem
Ludgerus communi omnium consensu
victus, & timens, ne voluntati Dei resi-
steret, primus Episcopus Mimigernefor-
diensis anno octingentesimo secundo or-
dinatur. Quinque tamen Frisonum re-
giones, a se conversas continuo rexit, &
suæ Dioecesi junctas retinuit. Carolus
Imperator præterea Ludgero cujusdam
Monasterii in Brabantia, quod tunc *Lo-*
tusa, hodie Lætiense in Hannonia dici-
tur, Regimen contulit, aliudque S. Lud-
gerus in praedium sui Patrimonii, quod
Helmstad dicebatur, & hodie Ducatus
Brunswicensis pars est, fundaverat, ita
ut præter suam Dioecesim etiam tria Mo-
nasteria gubernaret.

Ss 5

Lud.

Sæculum IX. Ludgerus, Episcopatu suscep^{to}, al.
 A. C. 804. teri etiam viro cœco lumen reddidit.
vit. per
Anon. L.I. Cum aliquando ex boni Pastoris Offic^d
c. 24. suam Diœcesim obiret, & in quodam Sa-
 xoniæ vico mensæ assideret, venit pau-
 per, foris clamans vehementer; digna-
 retur Episcopus hominem cœcum con-
 spicere. Diaconus, cui pauperum cura
 erat demandata, promptissime exit, &
 clamanti escam affert. Ille cibum re-
 spuit dicens, se desiderio alterius reite-
 neri. Tum præbentibus sibi potum di-
 xit, non petere se eleemosynam, sed E-
 piscoli alloquium & auxilium. Diaconus,
 quid sibi vellet ignarus, hominem
 relinquit. At illo clamare non cessante
 S. Ludgerus Diaconum increpat, jubet-
 que, ut ei pecuniam daret. Tum pecu-
 niā quoque accipere recusantem Epis-
 copus ad se vocat & interrogat, quid
 peteret. Respondit: *Obtestor te per*
Dei amorem, fac, ut videam. Stans at-
 tonitus Episcopus eadem verba sine cer-
 ta intentione repetiit, & confessim cœ-
 cus visum recepit. Jubetur mensæ ac-
 cumbere, comedit, & lætissimus ad sua
 regreditur. Plura alia a S. Ludgero pa-
 trata narrantur miracula, nec fidem su-
 perat, Deum primis Frisiæ & Saxoniz
 Apostolis donum miraculorum conces-
 sisse.

§. XXXI.